vide in Tractatu.

Juramentum Ducum Exercitus praesentium.

Ego NN: Iuro coram Omnipotenti Deo, quia Legibus Circumscriptionis per Tractatum Varsaviensem inter Sacram Regiam Mtem et Status ac Ordines Reipublicae conclusum, conventa, Ministerium Meum concernentibus, in omnibus Punctis et Clausulis satisfaciam, Offensas omnes quascunq̃, quas tam in publicum quam in privatum ad hanc diem habui, aut habere actu possum, sicut sincere ex corde condonavi, ita nullam praetendam de ijs vel per me vel per quemcunq̃ alium vindictam. Regi et Reipublicae fidelis ero, nec non exercitui mihi tradito, fideliter praeero, quem gravioribus plus justo incommodis, lucrisibusq̃ privato meo commodo servientibus non onerabo neq̃ extenuabo, sed tantum ad reprimendas Invasiones Inimicorum Extraneorum, internorumq̃ hostiliter utar. Fines Regni tutos pro Viribus praestabo, eosq̃ ad Dignitatem et Securitatem Reipublicae, quantum potero defendeam, et si (quod Deus avertat) Regnum motus Civitatis invaserint, nulli Parti adhaerebo, sed soli Reipublicae assistam, Pensiones à nemine extraneo Principe accipiam, neq̃ à quopiam illorum dependebo, nullasq̃ Correspondentias Mti Regiae et Reipublicae nocivas, cum ijsdem Principibus habebo. Tempore vero Electionis Regum, Militem et Me ipsum, excluso omni praetextu in finibus continebo, neq̃ eam ullo modo praepediam, nullisq̃ me immiscebo ~~[illegible]~~factionibus, sed solius unitae Reipublicae Mandata implebo. Etiam in Electiones Mareschalcorum, Deputatorumq̃ Tribunalitiorum, aliorumq̃ Terrestrium Officialium, neq̃ per Instantias, neq̃ quovis modo, me ingeram. Damna Incolis Regni et MDLitae nulla inferam, et ne à Militibus Reipublicae sub Regimine meo existentibus inferantur, omni ratione providebo. Castra in Domis aliorum non ex odio privato, aut Vindicta in Personas, sed ex Solo Reipublicae congruo, metaber. Itineraria vulgò Okupy, à quibusvis Personis nulla omnino accipiam, et ne Milites Reipublicae exigant efficiam. Ne Officiales ex Dissidentibus cum praejudicio Catholicorum in tanto Numero uti Catholici, sint in Exercitu, serio animadvertam, Sac. R. Mtes in hoc conveniam. Sic Me Deus adjuvet.

Juramentum Ducum Exercitus in futurum

vide in Tractatu.

Ego N: juro coram Omnipotenti Deo, quia Legibus Circumscriptionis per Tractatum Varsaviensem inter Sacram Regiam Mtem et Status ac Ordines Reipublicae